CYCLVS
JVBILÆI JVDAICI
EX LEV. XXV, 10. 11.
EXPOSITVS,
CVM AD
JVBILÆI SEMISÆCVLARIS
AB
ÆDIFICII
SCHOLASTICI
DEDICATIONE
TERTII
CELEBRATIONEM,
D. XXVII. NOVEMB. A. MDCCXLIX.
FELICI, FAXIT DEVS! SIDERE
INSTITVENDAM,
PERMAGNIFICOS ET AMPLISSIMOS
REIPVBLICÆ ELBINGENSIS
STATORES,

CÆTEROSQVE
PATRONOS, FAVTORES, AMICOS
HONORATISSIMOS ET SPECTATISSIMOS
OFFICIOSE AC BENIGNE
INVITARET
JOANNES LANGIVS.
GYMN. RECT. P. P. ET BIBL.



ELBINGÆ, STANNO PREVSSIANO.



Felix tandem, faustum & exoptatum illud affulsit tempus sidusque, quod natalem Gymnasii patrii centesimum & quinquagesimum h. e. tertium a dedicatione novi ædificii scholastici jubilæum semisæculare, quæ DEI est misericordia! secum ducit: sidus, quod omnium suo splendore afficit animos, nec angustis includi debet limitibus; tempus, quod pauciores ex nobis viderunt & visuri sunt in posterum, quodque eo majori lætitia transigendum est, quo propius ad cyclum jubilæi judaici accedit.

Quinquagesimum enim quemque annum, florente adhuc Judæorum Theocratia, jubilæum fuisse salutatum, ex divina patet institutione, quam Moses, fidelissimus œconomiæ V. T. minister, populo israelitico l. c. hac ratione exponit: וְקִדַּשְׁתֶּם אֵת שְׁנַת הַחֲמִשִּׁים שָׁנָה *& sanctificabis annum quinquaginta annorum*, h. e. quinquagesimum; quibus versu sequenti addit: יוֹבֵל הִוא שְׁנַת הַחֲמִשִּׁים שָׁנָה תִּהְיֶה לָכֶם *jubilæus ipse annus quinquagesimus erit vobis.* Quæ verba quamvis omni gaudeant perspicuitate, a Chronologis tamen & Philologis sub incudem vocata, a dubiæ & incertæ explicationis censura liberari non potuerunt. Nam cum alii in sabbathicis & jubilæis numerandis, initium statim a primo post jubilæum anno faciant, ut nunquam idem & jubilæus & sabbathicus sit annus, sed septimum quemque sive ultimum sabbathismum semper excipiat jubilæus; Cunæo a) tamen, aliisque eruditorum a Meyero b) & Pfeiffero c) recensitis, ab anno jubilæo calculum ducere, eumque primum insimul primi sabbathici appellitare annum placuit.

a) *de republ. Hebr.* L. I. c. 6.
b) in tr. *de temp. & fest. diebus Hebr.* c. XVIII. §. 5.
c) *in dub. vex.* Cent. II. L. XIV. Qu. II. p. 311. 312.

Qua vero ratione non quinquagesimum quemque sed quadragesimum nonum annum jubilæum esse apparet. Cujus quidem sententiæ sectatores asylum sibi invenisse credunt in septenario numero, quem in constituendis sanctis diebus juxta ac annis sacratum voluit DEVS. Ast sciant hi mystici calculi admiratores, legislatorem sicut septimum quemque, non vero septies septimum diem, ita nec undequinquagesimum annum, sed septimum quemque in quietis suæ memoriam otiosum & sacrum in jubilæo sanciendo voluisse. Quibus suam ut opponeret sententiam Petavius, annorum sabbathicorum rationes turbari statuit, si quinquagesimum admittimus: quippe si septies septem annis demum finitis jubilæus sequeretur, qui ad calculum annorum sabbathicorum secundus esset, existeret demum primus. Verum enim vero ex diligenti legis consideratione facile constat, DEVM non simpliciter septimum quemque annum, sed eum, qui a primo agriculturæ anno septimus est, destinasse sabbathicum. Interim Cunæo l. c. non modo pro miraculo est, DEVM ex copia anni cujuslibet sexti, septimo sine semente ac messe omnium rerum abundantiam paravisse, sed memorabilius adhuc videtur portentum, si annona unius anni quatuor annis, sexto sc. in quo metitur, septimo utut sabbathico, jubilæo & denique primo post jubilæum, cui messem æstas demum promittit, sufficere debuisset. Ast quem fugit, eam in DEO esse vim atque potentiam, ut triennio vel quadriennio otioso pari negotio atque cura ac biennio consulere possit, curam gerens, ne populo israelitico famem pareret sabbathici & jubilæi annorum quies.

Sed quid est, cur hisce moramur dubiis, dum ipsa S. S. omni teste major, scrupulum, quem frustra in scirpo quærunt eruditi, hæsitantium animis evellit. Nonne hæc plus una vice, distinctisque vocibus, imo addito ה emphatico s. demonstrativo quinquagesimi anni expressam facit mentionem? Nonne hæc a quadragesimo nono i. e. sabbathico quinquagesimum expressis distingvit verbis, indicatura, numeratis quadraginta novem annis numerandum esse demum quinquagesimum h. e. jubilæum? Nonne ipsa ecclesia judaica, cui hic jubilandi mos concreditus fuit, quid de termino ac tempore jubilæi sentiendum sit, evidentissimum exhibet testimonium?

nium?

nium? Præter Gemariſtas enim paucos, annum quinquageſimum magna conſenſione propugnant fere omnes. Nam alios inter, ut Joſephum d) & Philonem e) ſilentii peplo involvam, R. Sal. Jarchi, ut Buckius auctor eſt: f) faciet, inquit, ſeptem annos continuos ſabbathicos & jubilæum poſt eos. Et quid quæſo evidentius eſt, quam ſi idem pergit: cum eſt jubilæum, duo anni ſancti inveniuntur, ſequentes alter alterum confeſtim, annus nempe XLIX ſabbathicus & L jubilæus.

Sicuti vero ante Moſis tempora jubilæorum altum apud Ebræos fuit ſilentium, ita ab illis non ad alias modo græcas italasque gentes, ſed in chriſtianam quoque eccleſiam horum ſolemnia promanarunt. Etſi non unus omnium in celebrandis jubilæis terminus fuit finisque. Iſacidæ enim ex inſtitutione moſaica fundos, venditione aliorum juris factos, ad avitos poſſeſſores, hominemque paupertate in ſervitutem redactum, ad ſuam quemque tribum & familiam mittebant, imo agris a cultura quieſcentibus ſuum velut ſabbathum agere concedebant, adumbraturi partim plenam omnium reſtitutionem, per Chriſtum piis certo expectandam, partim glorioſam æterni Sabbathi in cœlis agendi quietem; g) Chriſtiani vero in feſtivitate jubilæa pro inſignibus beneficiis vel in eccleſiam vel patriam vel ſemet aliosque collatis, ſummas quas poſſunt DEO agunt gratias. h)

Quodſi porro terminum ſolemniorum jubilæi ſpectes, ad centeſimum plerumque annum quemque ea devolvunt ex chriſtianis eruditi, ſæcularem cum jubilæo arctiſſime conjungentes. Cujus rei & conſvetudo & experientia optima eſt magiſtra. Quem enim fugit, tria illa eccleſiæ noſtræ jubilæa, quorum primum in memoriam reformationis per Lutherum factæ A. MDCCXVII. d. XXXI. Oct. i) alterum in recordationem A. C. Carolo V. glor. memoriæ

 exhi-

d) in *ant. jud.* L. III. c. IX. p. 96.

e) in lib. *περὶ φιλανθρωπίας.* p. 704.

f) in *diſſ. de anno hebr. jub.* c. IV. §. 2.

g) vid. *Dietericus in antiqu. V. T.* p. 220.

h) conf. *Molleri diſſ. de jubilæo Lutheranorum.* c. V.

i) vid. *Wieglebs hiſtorie* der *reformation Lutheri* & *Ludwigs univerſal hiſtorie in ſuppl.* p. 97.

exhibitæ, A. MDCCXXX. d. XXV. Jun. k) in omnibus Saxoniæ aliisque Germaniæ provinciis celebrata ſunt; tertium autem in commemorationem pacis religioſæ ſ. transactionis paſſavienſis ſicuti ſæculo præterito, l) ita A. MDCCLV adhuc celebrandum inſtat, cyclum centum annorum requirere. Quibus plura adnumerari poſſunt alia, uti ſunt jubilæa archontica, cujus generis auguſtiſſima regnum Daniæ ob delatam A. MCCCCXLIX in domum Oldenburgicam regiam dignitatem d. XXVIII. menſis præteriti multo lætitiarum concentu transegiſſe, fama docuit; civica, qualia Elbinga noſtra in memoriam natalium ſuorum A. MDCCXXXVII. d. XXVIII. Nov. celebravit m); academica, quæ A. MDCCXLIV in honorem Alberti Sereniſſimi Pruſſorum Ducis, Fundatoris ſui, alma inſtituit Pregelana n); illa artis inventæ typographicæ, de quibus Muſa elbingenſis A. MDCCXL. d. XXIV. Nov. verba fecit o), multaque alia calculum centum annorum deſiderantia.

Aſt cum pauciſſimi mortalium ob naturæ humanæ brevitatem fugamque centeſimum vitæ annum vix ac ne vix quidem attingant, æquum omnino & fas eſt, ut & jubilæa chriſtianorum ad cyclum ætatis in origine, primaque eorum inſtitutione quærendum reducantur. Hinc non modo genethliaca, nicetica, gamica p), illa profeſſionis cujusdam vel eccleſiaſticæ q) vel academicæ r) vel ſcholaſticæ s) aliaque periodo quinquaginta annorum abſoluta, magno omnium applauſu celebrari ſolent, ſed quid vetat, beneficii quoque divini,

---

k) conf. *Cappens* Beſchreibung des erſten *confeſſions* Jubel-Feſts. Add. *Coleri* nöthige *Supplemente* zu der auserleſenen *theol. Bibl.*

l) vid. *Jo. G. Schlederus in Theatri europ. contin. ſept.* de A. 1651 ad 1658.

m) vid. b. *Seyleri actus euchariſticus in mem. V. ab urbe regia Elbinga condita ſæculi.*

n) *qua occaſione prodiit Summe Ven. D. Arnoldti hiſtorie* der Königsbergſchen *Univerſitæt.*

o) vid. *Seyleri actus euchar. in mem. III. ab inv. Typogr. jubilæi.*

p) quæ *G. Fr. Adolphi, Paſtor Gralowenſis & diœceſeos Landsbergenſis Senior cum uxore ſua, Anna Eliſ.* Richtſteigin, *d. X. Sept. a. c. celebraſſe legimus* im *hamb. correſp. n.* 152. *art.* Berlin. *d. XX. Sept.*

q) conf. *Gœtzii Theologus ſemiſæcularis & Blumius in jubilæo Theologorum emeritorum. Add.* Groſſens *hiſt. lex.* evang. Jubel-Prieſter.

r) conf. *M. Jo. Joach.* Schwabens Beſchreibung der *academi*ſchen Jubelfeyer des Herrn Reichsgr. von Manteufel.

s) vid. *von Seelen hiſtoria jubilæorum ſcholaſticorum ſpecimen in Act. ſchol,* T. III. P. IV. p. 285.

divini, in ædificii noſtri ſcholaſtici quinquaginta abhinc ultra ſæculum annis facta dedicatione conſpicui memoriam recolere, eamque non ſtatuis marmoreis, titulis & inſcriptionibus, quæ ab omnibus legi poſſunt, ſed pia recordatione reddere clariorem.

Id quod omnino ab omnibus, quibus res ſcholaſtica demandata fuit, probe obſervatum fuiſſe, relatum legimus. JO. enim MYLIVS, ipſo dedicationis anno, qui fuit nonageſimus nonus ſæculi ſexti d. XXV. Nov. cœtum Docentium diſcentiumque ſermone panegyrico *de nova ſchola elbingenſi* habito, typisque poſtea expreſſo, in novum introduxit ædificium; quinquaginta autem poſt eodem die MICHAEL, JO. MYLII filius, felix & ſpartæ & virtutum paternarum hæres, oratione ſua *de præcipuis duobus civitatum ornamentis* t), occaſione Pſ. CXXII. quocum anniverſariam Encæniorum Scholæ feſtivitatem auſpicari Majorum juſſit auctoritas, ædificii conſervationem effuſa in laudes DEI lætitia piaque exultatione cœlo ulterius commendavit. Et quem fugit, M. JO. SARTORIVM, Rect. quondam vigilantiſſimum poſt decurſum iterum quinquaginta annorum, ſc. MDCIC. d. XXVI. Nov. quo *Conſtantinum Magnum in Sigismundo Auguſto redivivum* ſpectabili Auditorum coronæ contemplandum dedit, publica inter jubila idem feciſſe. Quidni ergo & nobis incumbere omni jure ac opera putemus, qui ter quinquageſimalem Gymnaſii natalem feliciter ſuperavimus, exemplo Majorum liberales Scholæ Fundatores ac Conſervatores dignis condecorare encomiis, floremque huic & lætiora ſubinde pie apprecari incrementa.

Nulla ſane temporum injuria, nullum ingrati animi crimen magnifica BRAUNIORVM, ISENDORFIORVM, SPRENGELIORVM, WIDERORVM delebit nomina, quorum auſpiciis ædificium ſcholaſticum recens editum & ſplendide exornatum lucem ſuam primum vidit & quibus quaſi Nutricibus educatum ſuccrevit. Sed nec minori laude digni ſunt habendi, quorum ſub patrocinio in eodem vigore ac flore in hunc usque diem conſervatum ſtat vigetque, ut pro rerum humanarum conditione ſtare ac vigere poteſt. Quare tantis ſub Patronis, excubias pro Gymnaſii incolumnitate

t) quæ *inter Myliana in Bibl. Gymn. in mſcto legitur.*

mnitate agentibus, Seminarium patrium, lue quidem pestifera, omnia devastante, & milite qvondam extraneo in illo disposito, aliisque causis tristissimis premi & aliqua ratione obscurari, non vero opprimi potuit & deleri penitus. Cui vero inprimis hanc Athenæi drusici conservationem debemus, cum totas civitates atque regna, omisso dignitatis splendore, interire videamus? nemini, nisi DEO, sæculorum conditori, rerumque omnium statori. HVIC omnino pro concessa & conservata Patriæ litterarum sede, plane incomparabili Civitatis thesauro, grates sunt persolvendæ publicæ. Beatus vero est populus, qui scit jubilationem!


Adeste igitur S. R. MAJEST. POL. ILLVSTRIS BVRGGRABIE, SENATVS PRÆSES, PRÆCONSVLES, CONSVLES, MAGNIFICI, GENEROSI, MAXIMEque STRENVI, de patria ÆTERNVM MERITI & SVBMISSO PIETATIS AFFECTV DEVENERANDI; adeste EXPERIENTISSIMI, PL. REVERENDI, CLARISSIMI, PRÆNOBILES, NOBILES, SPECTABILES, HUMANISSIMIque LITTERARVM AMATORES ac FAVTORES; adeste inquam & non solum grates accipite subjectissimas, quas pro cura, favore & benevolentia VESTRA in Gymnasium hucdum collata, VOBIS persoluturæ sunt Musæ, sed Seminarium quoq; VESTRVM, pretiosissimum Civitatis κειμήλιον, tutelæ divinæ ulterius commendare, & pro felicitate, perenniq; ipsius flore ardentissima nobiscum crastina luce nuncupare vota, haud dedignemini.

Præibit VOBIS hoc in gravissimo negotio rhetor publice constitutus, *florem civitatum a scholarum conservatione dependere*, paucis expositurus, cui nihil æque prius nihilque posterius in votis est ac desideriis, quam aureum illud Mosis, totiusque populi israelitici effatum u): O Jehova, integrum serva puteum, quem foderunt Principes & paraverunt Duces populi in datore legis & in baculis suis!

---

u) Num. XXI, 18.

Publ. d. XXVI. Nov. A. P. C. N. MDCCXLIX.



Etwas vom GYMNASIO in ELBING bey Gelegenheit der 150 Gedächtnis-Feyr von Erbauung des ansehnlichen Schulgebäudes.

Der Vorredner.

JO. LEONHARD WÆCHTER nebst den Abgeordneten der übrigen VII. Classen bewillkommet die S. T. resp. Höchst- und Hochgeehrtesten Anwesende mit einer kurzen Rede bey Gelegenheit der über dem atrio des Gymn. wohl angebrachten Uberschrift: Doctrina coronat, und bittet den Musen ein geneigtes Gehör aus.

Ch. I.

Johann Gottfried Schmidt,
Joh. Heinrich Friedrich,
Joh. George Hoffmann,
Christoph Friedr. Baßner,
Johann Schmidt,
Christoph Silber,
Carl Friedr. Burchardi,
Christian Schadwald,
Gottfried Wiedemann

erzehlen die Verdienste unserer Vorfahren, die Stadt berühmt und ihre Einwohner glücklich zu machen.

Ch. II.

Daniel Lebrecht Rogge,
Carolus Dan. Laurentz,
David Hausmann,
Jacobus Hærtel,
Thomas Hingelberg

behaupten, daß der Ruhm der Stadt auch durch die öffentlichen Gebäude ausgebreitet worden.

* *

JOHANNES SAMUEL HEMPEL zehlet, unter dem character eines Reisenden, zu den angesehensten Gebäuden der Stadt auch das GYMNASIUM.

Ch. III.

Salomon Schönwald, Joh. Dan. Deveer, Ernst Holtz, Ephraim Bürtzel, Michael Truhart, Jacob Lampert, Johann Teschner } rühmen die anmuthige Lage, die eusserliche Zierde und den innern Werth des Gymnasii.

Ch. IV.

JO. MELCHIOR WILDFANG redet von der Verherlichung Gottes durch Erbauung und Erhaltung christlicher Schulen.

* *

Joh. Gottlieb Rädehoß, Gottfried Schmidt, Gottfried Lampert, George Grubnau, Joh. Samuel Poelck, Joh. Sigismund Poelck } erheben die Vortheile einer öffenlichen Schule.

Ch. V.

Sam. Leonh. Wæchter, Emanuel Linck, Jo. Wilhelm Burchardi, Gottfr. Hingelberg, Gottfr. Kottowski, Gottfr. Arend, George Friedr. Hennings } rühmen die sämtlichen Rectores der elbingschen Schule vor und nach Mylii Tod. Zu welchen

Ephraim Rittersdorff, Jo. Jacob Horn } noch einige andere berühmte Lehrer des elbingschen Gymnasii hinzufügen.

Ch. VI.

GNAPHAEUS, MYLIUS und ein GENIUS,
in den Personen des
GEORGE SAMUEL ROGGEN,
JO. MICHAEL SIEFFERTS,
DAN. WILHELM CROVECKEN
halten im Reich der Todten eine entrevue und reden von den Glücks- und Unglücks-Fällen des Gymnasii.

Ch. VII.

CHRIST. ZACH. SKUBOWIUS vergleichet in einem lateinischen Gedicht die Schule mit dem paradisischen Zustand;

Die folgenden aber

Joh. Ernst Frieß,		einer süssen Qvelle.
Andreas Qvednau,		— fleißigen Werkstäte.
Daniel Wilhelm Vorloff,		— nutzbaren Heerde.
Jacob Mnioch,		einem schönen Garten.
Abraham Grübnau,		— fruchtbaren Land.
Nathanael Friedr. From,	mit	— reichbeladenen Schiff.
Joh. Christian Silber,		— täglichen Jahrmarckt.
Justin Benjamin Frösewit,		— ergiebigen Bergwerck.
Abraham Krampf,		— vollen Köcher.
Gottfried Hintz		— schönen Sternen-Himmel.

Ch. VIII.

CHRISTOPH HEINRICH præsentiret einen Dolmetscher der merkwürdigen Uberschriften des Gymnasii.



Samuel Gottlieb Laurentz, Samuel Gottfried Maaß, Michael Krampf, Friedrich Mnioch, Joh. Benedict Lange, Joh. Rudolph Wegmann, Ephraim Gottfried Rädehoß, Michael Mnioch	stellen die Abgeordneten der sämtl. VIII Classen des Gymn. vor, welche vor dessen Erhaltung E. Hohen Obrigkeit den schuldigsten Danck sagen und sich Derselben Vorsorge weiter empfehlen.

Ch. IX.


Da an Gottes Segen alles gelegen,

so wird

Heinrich Land	vor die Erbauung des Gymnasii Jhm dancken.
Joh. Heinrich Porsch	wegen der Erhaltung desselben Jhn loben.
Joh. Gottfried Henning	dasselbe Jhm und seiner Pflege weiter empfehlen.

Der Nachredner.

JO. WILHELM FROESEWIT führet das Sinbild an, so ehemals unten am atrio des Gymn. einen Bienenstock vorgestelt, in welchem die Bienen ein und ausfliegen, mit der Uberschrift: Dulcis esca laborum, und danket denen S. T. respect. Höchst- und Hochgeehrtesten Anwesenden vor ein geneigtes Gehör.



MUSIC - TEXT
zu dem
150 Stiftungs-Fest
des löblichen Gymnasii.

---

122. Pſ.

Ich freue mich herzlich und jauchze darüber,
Im Hauße des Herren beſtändig zu ſeyn.
Die Stadt iſt gebauet zur Weisheit, zum Leben,
Wohin ſich die Stämme des Herren begeben.
Es müße dem, welcher dich liebet, wohlgeh'n
Und Friede in deinen Pallåſten beſteh'n!
Von wegen des Haußes des Herren allein
Sucht jeder dein beſtes je länger je lieber.

Da Capo.

So komt der Länder Wohl, der Städte Glück
Allein von Schulen auf den Staat zurick.
Wie glücklich iſt
Mein Elbing ſtets geweſen.
Schon 150 Jahr
Hat dieſes Schul Gebäud
Die Vorſicht aufgeführet und erhalten.
Es hat ihm nie gefehlt
An fleiß'gen Lehrern, nie an munt'rer Jugend,
Die mit Verſtand und Witz
Zum Flor der Stadt ſo prangen als mit Tugend.
Wohl dem, der vor den Sitz
Der Weisheit ſeinen Gott will loben.
Auf, wer die Wohlthat ſchätzt!
Legt Danck, legt Lobes-Lieder
Vor den ERHALTER nieder!

Lobet, danket, groß und kleine!
Seyd nach der verlieh'nen Macht
Auf der Schulen Wohl bedacht:
Da ihm Gott dieß Haus erwählet
Und zum Eigenthum gezehlet.
Gott, dir danckt vor dieſes Gut
Hertz und Seele, Geiſt und Mut,
Blut und Adern, Marck und Beine.

Da Capo.

Chor.

Beſchirm die Policeyen 2c. 2c.